



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. II. Refelluntur ac corriguntur illi, qui ob finem temporalem, sese
aggregant militiae spirituali

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Caput Secundum.

*Refelluntur, ac corriguntur illi, qui
finem temporalem, sese aggregant
militia Clericali.*

SUMMUS ille profectus, ac utilitatis Ecclesie S. Catholice Zelator, ac promotor S. Bernardus Ep. 237. unice habebat in votis ac anhelè desiderabat, quatenus adhuc in mel, antequam fatalis mortis hora sibi oculos occluderet, videre posset sacros Ministros, tanquam veros Apostolorum successores, summa intentos sollicitudine piscatione animarum, non verò auri ac argenti. *Quis mihi det antequam moriar, videre Ecclesiam Dei sicut in diebus antiquis, quam Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam auri & argenti, sed in capturam animarum.* Nihil est, quod Clerum adeo reddit scandalosum, indisciplinatum, despectum ac quasi secularizatum, quam quia, *omnes querunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christo prout lamentatur Apostolus Philip. 2. v. 21.* enim rectè examinemus intentionem, ac finem, ob quem se plures curant promoveri ad Ordines sacros, reperiemus paucos omnino esse, qui purè pro fine aut objecto laborant.

beant cultum, ac honorem Dei animarum
 ve salutem, innumerabiles autem alios, qui
 mendaciter subierunt ac intrarunt castra
 Clericalia, in primo statim introitu, lin-
 guâ quidem pronuntiantes: *Dominus pars*
hereditatis mee, corde autem respicientes,
 ac intendentes unum longè aliud interesse,
 de quibus scribit Nazianzenus: *Orat. 21 Quo-*
rû non mores dignitate, sed dignitas moribus fi-
dem astruit, ordine admodum prapostero. Pri-
 maria tanti mali causa plerumque sunt pa-
 rentes, qui clero adscribi curare solent pue-
 ros in tenera adhuc ætate, absque ullo pla-
 ne respectu ac reflexione, an utiles, an per-
 nitiosi futuri sint Ecclesiæ, dummodo utiles
 ac proficui suæ sint domui: Acriter in simi-
 les invehitur S. Carolus, eis que ob oculos po-
 nit, ac docet finem, propter quem paren-
 tes filios debent curare in Clerum adscribi:
Inventione offerant, non rei familiaris augen-
da causa, non questus cupiditate, non familiae
sue sustentanda studio, non honoris cupiditate,
non ambitione, neque denique rei alterius
cujusvis humana affectu, sed ea solum causa,
ut Dei Ecclesiæ serviant. Acta eccles. Mediolan.
 pag. 148.

Ex ipsa nominis etymologia clarè deduci
 potest finis & scopus, in quem collimare
 de-

ca. 1. 1. 1.

ca. 1. 1. 1.

ca. 1. 1. 1.

ca. 1. 1. 1.

debet Clericus, & in quem ipse omnis ipse
 debet fundari: Clerici dicuntur à Græco
 ros, quod hereditas sive fors interpretantur
 quia de sorte esse Domini, & solum Deo
 in hereditatem accipere eligimus, inquit
 go à S. Victore. Lib. 1. de sacr. t. 3. c. 32. Me
 ti huic, ac opinioni inhærens S. Caroli
 conc. Med. 4. P. 3. tit. Monit. admonuit om
 jam militiæ Clericali adscriptos, ne ulli
 alium, præter DEUM, vel qui ad ipse
 ordinetur, finem sibi præstituant, tur
 ter alioquin hallucinaturi: Christi
 nempe de sorte Domini, & ipse Domini
 fors, & pars scilicet vestra. Tales vos
 bete, ut & ipsi possideatis Dominum
 & possideamini à Domino, verèque dicat
 Dominus pars hereditatis meæ. Nec
 nec affectus noster debet esse divilus, un
 illius partem Deo, sæculo ac mundo co
 fecrando alteram, directè enim hoc con
 Evangelium pugnat; Nemo potest
 Dominis servire; Matth. 6. v. 24. & si qui
 certè Ecclesiastici obligati sunt, nemini
 ri locum dare nisi soli Deo: Veneranda
 clestastici forma servitii, sed qua ad
 partes animum non relaxet, monet
 dius Episcopus, Epist. 14. concordatque
 illo sententia sancti Cyrilli Alexandrini, q

ador. in spir. & ver.) qui hisce verbis describit
 nomen Clerici, genus illud divinis, sacris-
 que ministeriis mancipatum, volens inferre,
 quod quicumque Clero adscribitur, debeat
 sese, servi instar, totum dedere ac man-
 cipare servitio, cultuique divino. Hinc
 suos monuit S. Ambrosius, in Psl. 128. ipsos
 non esse sibi natos, id est, ut propriis inten-
 derent commodis, sed solum ad hoc destina-
 tos, ut promoveant honorem Dei: *Verus al-
 taris minister, Deo, non sibi natus est.* S. Paulus
 in epistola ad Hebræos c. 5. apertè docet, quem
 in finem institutum sit Sacerdotium: *Omnis
 namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro
 hominibus constituitur in iis, qua sunt ad
 Deum; non enim constituitur propter glo-
 riam, explicat Doctor Angelicus loco citato,
 non propter cumulandas divitias, innuunt-
 quo præfata Apostoli verba, duos præstitu-
 tos esse fines, unum, pro proximi adjutorio
 ac sublevamine, pro hominibus constitui-
 tur, alterum pro cultu ac obsequio DEI,
 in his qua sunt ad DEUM; Verùm S. Ber-
 nardus scribens epist. 42. ad. Henricum Senon. epi-
 scopum alteram quoque adjungit conditio-
 nem: *Nec enim pure valet Dei, vel proximi
 querere lucra, qui propria non contempse-
 rit, quod idem est, ac si diceret, non**

N

suf-

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

lib. III. Si

sufficere ad dignè, debitèque subeundum suum ministerium, sollicitum se præbere vigilemque pro bono ac comodo proximi, similiterque promptum esse, ac accuratum pro cultu, obsequioque divino, pariter non deponat dimittatque omnem curam ac sollicitudinem emolumentum proprii. Hanc à bonis temporalibus separationem legimus apud S. Augustinum *serm. 37. ad Fratres.* adeo necessariam existimari fuisse Clero, ut reputaverit illam inseparabilem ab ipso: *Pauperes esse debemus, quia ministri Dei sumus.* S. Ambrosius *serm. 68.* impossibile æstimat, illum promovere potestatem divinum, qui alia intentione Clero non addixit, quam ut per bona temporalia sibi ipsi prodesse posset: *Quis, cum lucrum sui sua providet, utilitatibus Ecclesie providere?* Ad primum Cleri ingressu, non vana ceremonia, capilli nobis abscinduntur ac radimur, sed ut intelligamus, quod servorum instar, ac mancipiorum, totaliter mundo, & nobismetipsis abrenunciare debeamus, totosque nos consecrare divini servitio, prout *Annales Ecclesiastici An. 58. num. 226.* attestantur, in propria materia de rasura Sancti Petri. Accedit quoque motivum aliud, ac bene

vertendum est, capillos non esse partes integrantes, sed superfluas, ac excrementitias corporis nostri, atque ex hoc ipso symbola bonorum temporalium, à quibus proinde convenit, ut simus alieni, ab iisque, affectu saltem abstracti; unde in notis cujusdam epistolæ, scriptæ ad Episcopos Franciæ, in primo Tomo Conciliorum registratæ, quoad tonsuram Clericalem, hæc exarata legimus: *Ut significetur Ecclesiasticum animum, qui est in homine sicut vertex in capite, debere esse nudatum à vitiis, spoliatum affectu superfluitatum, ac demum apertum & expeditum ad divinas inspirationes facile percipiendas, idemque definitum lego in concilio Toletano: 4. c. 21. Rasio capitis, est temporalium omnium depositio. Ex hisce, quis jam non videt, quam sint fraudulentum illi, qui primam recipiunt Tonsuram, solo ducti motivo bonorum temporalium, dum in capillorum abscissione, interius planè contrarium intendebant illi, quod exterius promittebant? Audiant hi ex S. Gregorio, l. 23. Mor. c. 17. quam extremam Dei incurrant abominationem: *Illos Dominus intra sanctam Ecclesiam detestatur, qui per sacros Ordines ad Dominum propinquantes, non eisdem Ordinibus virtutum merita, sed subsidia vite presentis exquirunt, nec cogitant quid**

vivendo imitari debeant. sed quae compendia percipiendo satientur, idemque hoc est, quod saeculo duodecimo deplorabat Petrus Blefenlis Ep. 13. ad Can. Carnot. *Hodie in promotione quorundam prima questio est, quae sit summa reddituum, non quae sit conversatio salutarum; verum tamen Deus non irridet quasi verò CHRISTUS Sacerdotum instituisset ad accumulandas, congregandasque divitias, cum tamen clarissimis verbis dicat S. Gregorius, Lib. 5. Ep. 28. quod Redemptor noster à Sacerdotis officio non quaesivit aurum, sed animas, ut non plus pecuniam quam animabus invigiles. Quantis Christus in prope rare potest aculeata verba haec: *Quantum me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis* 10. v. 27. Certè, nisi Ecclesia haberet pingues redditus beneficiales, pauci reperirentur qui sese curarent inscribi in album Cleri.*

Ex quodam facto, à S. Matthæo registrato 8. v. 20. clarissimè eruitur, quam sint insigni discipuli ac ministri Christi illi, qui serviunt intuitu commodi, ac boni temporalis: *Accedens unus scriba ait illi: Magister sequar te quocumque ieris.* Potest ne fieri oblatio aliqua humanior, et obsequiosior, magisque indifferens, quam est illi

ista? Et tamen Salvator, qui omnes invitabat, ac trahebat ad sui sequelam, huic sese sponte, ultròque offerenti repulsam dedit, dicendo: *Vulpes foveas habent &c.* Quid est Fratres, quod Magistro invitanti discipulus displicuit tam paratus? Quærit S. Petrus Chrysologus: *Intelligimus istum hominem, si sequeretur Christum sua quaesurum fuisse, non quæ JESU Christi: Incarnata sapientia, tanquam penetrans, ac perscrutans renes, cordiumque intima, attingitque ad finem fortiter, statim cognovit juvenem illum ad suis sequelam, non ducizelo aut motivo puro suæ salutis, sed ut proprium temporale promoveret lucrum ac emolumentum, ideoque absolute recusavit, illum in suum assumere discipulum.* Deplorat vehementer S. Isidorus Pelusiota *lib. 1. Epist. 147.* id quod contingebat in Patriarchali Alexandrina Ecclesia, eamque quodammodo totam pervaserat, circa beneficiorum Ecclesiasticorum occupationem: *Ad stipendia dumtaxat oculos coniectos habent, sanctioremque eam Ecclesiam esse ducunt, à qua uberiores vittus copiam accipiunt.* Hæ sunt abominaciones illæ, quas DEUS Ezechieli Prophetæ *cap. 8. v. 9.* in templo monstravit: *Ingredere, &*

N 3 vide

Handwritten notes in the right margin, including the word "Sic" and other illegible scribbles.



vide abominaciones pessimas, quas isti faciunt
 hic; dumque intrasset Sanctuarium, vidi, &
 ecce omnis similitudo reptilium. S. Grego-
 rius pastor. p. 2. cap. 10. explicat, quam fuerit
 illa tam grandis abominatio, quæ tanto-
 pere divinos offendebat oculos: In reptili-
 bus cogitationes omnino terrena signantur, in
 animalibus verò jam quidem aliquantulum
 terra suspensa, sed adhuc terrena mercede
 premia; nam reptilia toto ex corpore terræ
 herent, animalia autem à terra ventre sus-
 pensa sunt, appetitu tamen gula ad terram sem-
 per inclinant. Ecce ergo id, quod in San-
 ctuarii ministris tantopere abominatur De-
 us, solum est, ipsos intricatos hæere sæcu-
 li negotiis, sollicitos esse de bonis tempora-
 libus, eorumque corda semper terræ, ac ter-
 renis manere affixa; Conglutinatus est in terra
 venter eorum.

Confusio quæ oritur ex superflua huius-
 modi terrenorum ac transitoriorum cura, gra-
 phice describitur à S. Carolo sequentibus
 verbis: act. Eccl. Med. pag. 262. Qui locum dicit
 huiusmodi disordinatis affectibus, mirum non
 est, quod non sapiant quæ Dei sunt, quod sit
 aridi in oratione, indevoti in Choro, impatien-
 tes ad perseverandum ac persistendum in Ec-
 clesiæ pro divino officio, fastidio illis sit verbum
 Dei.